

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Qvintae Partis Iohan. Eckii In Lvtherum Et Alios. Tomvs ...

Homiliarum de Sanctis. Homiliae V. de speranda uictoria ex Turca, ad
Reuerendissimum Cardinalem Tridentinum, additae

**Eck, Johannes
Luther, Martin**

[Augsburg], 1534

VD16 E 392

[Illustration]

[urn:nbn:de:bsz:31-62128](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-62128)

De sancto

ecclesiam, Quoniam sic B. Hiero. etiā ordinavit in martyrologio. Proinde & uos in Christo dilectissimi admonitos uolo diligenter ut piam matrē Annam colatis & imploretis, quandoquidē enim Maria uirgo mater Christi, filia est Annae huius & reliquae duae itidē filiae, Christus uero nepos eius est pariter & apostoli illi quicquid una cū Ioseph iusto, nō pōt nō stirps hāc esse sanctissima, radīxq; omni ueneratione dignissima, Aut poterit ne Maria quicquid suae matri negare, Quo etiam modo queat nepos Christus auiae suae petitionem aliquā recusare? Implorate igitur S. Annā illius tutelae uos cōmittite, quatenus & ipsa cum filiabus & nepotib. suis intercedat pro uobis apud dominum deū ipseq; omnibus nobis gratiā in praesentī & in futuro uitam concedat eternā &c.

A M E N.



In die S. Laurentij

cōstantissimi fortis-
simiq; martyris
Euangelium
Ioh. xij. 1



In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum manet, Si autē mortuū fuerit multū fructū affert, Qui amat animam suam, perdet eam, Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam eternam custodiet eam, Si quis mihi ministrat sequatur me, & ubi sum ego, illic & minister meus erit, Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.

Homilia prior super expositione huius Euang.

Vis dubitat uerba euāgelij huius. Christum de se ipso esse loquutum, ipse enim & mundissimum & perfectissimū est frumenti tritici granū, quod mortuū attulit fructum q̄ plurimū, eo q̄ mors Christi multo perfectius operata est q̄ mortalis illa uita Christi in hac carne, quod uel hinc liquet, quia Petrus duobus sermonibus plures homines conuertit ad Christum, q̄ Christus ipse in omni uita, neq; tamen illud Petro tribuendū est sed Christo acceptum ferendum, qui post ascensionem suam tantā gratiā cōtulit Petro, Christus ergo granū tritici uerū fuit & integerrimum cui se ipsum hic confert, ut huiusmodi similitudine ostenderet modum suae glorificationis, mortem consequuturā, quae iam imminēbat, siquidē hoc loquutus est dominus in die palmarū quum iam ingressus esset Hierosolymis in templum, & ideo quū domin⁹ seipsum grano frumenti cōparauerit, ecclesia morem hūc sancte obseruat, ne farina alia ad sacramentum altaris utatur nisi extritico & spelta Recte autem se Christus comparauit tritico non paleis, quoniam ille cibū hominī hāc brutis & pecudib. alimenta p̄bēt, iuxta illud, quod Rebecca interrogata a filio